

S V M M A R I V M.

- 1 Coniuges excusantur à redditione debiti, si ea in propria salutis detrimentum sit futura.
- 2 Venus si quis alius labor firmas requirit vires.
- 3 Quæ Naturæ sint magis, aut minus veneri idoneæ.
- 4 Venerem Melancholicis prodesse, quomodo veritatem habeat.
- 5 Morbus ex Pituita venus quomodo conferat.
- 6 Quæ etates veneri sint magis, aut minus idoneæ.
- 7 Principum partium discretio quomodo à Veneris usu prohibere hominem possit.
- 8 Mulieres magis quam viri ætate venerem appetunt.
- 9 Anni temporis conditio quomodo virum prohibere possit à coitus usu.
- 10 Quodnam tempus veneris usui magis, aut minus idoneum.
- 11 Coitus quando exercendus, aut vitandus.
- 12 Inanitione quando coeundi possit esse noxia.
- 13 Ieiunare an teneatur qui debitum reddere debent.
- 14 Coniux non potest se ita jejuniis macerare, ut impotens ad debitum reddendum inde fiat.
- 15 Qui jejuniavit an teneatur reddere debitum.
- 16 Labor quomodo excuset à reddendo debito.
- 17 Morbus est ex præcipuis causis impediens debiti redditionem.
- 18 Coitus non præsumitur in valetudinario.
- 19 Coitus ad sanationem confert, & est causa curatio mulierum aggruendum.
- 20 Morbi ex pituita quando præbeant legitimum impedimentum non vitandi coitus.
- 21 Detrimendum, quod timetur ex coitu debet esse notabile, ut excuset.
- 22 In frequentia debiti redditione sufficit morbus levisissimus, ut excuset, contra in rariori.
- 23 Febres, & morbi cum febre à redditione excusant.
- 24 Dolores omnes insignes à debiti redditione legitime excusant.
- 25 Morbi per circuitus revertentes, si sint notati digni, excusant etiam in eorum intermissione.
- 26 Nervorum morbi qui excusant.
- 27 Morbi somnolenti, & insanæ quando excusant.
- 28 Qui morbi Oculorum, & Aurium excusant.
- 29 Qui morbi pectoris excusant.
- 30 Qui morbi partium naturalium excusant.
- 31 Morbi Renum qui excusant.
- 32 Veneria quæ excusant.
- 33 Tumores qui excusant.

De his, quæ virum à redditione debiti excusare possunt ex parte sui.

QVÆSTIO II.

EX præcedenti quæstione patet, quod quamquam Coniuges ex iustitia teneantur sibi invicem reddere matrimoniale debitum, tamen excusantur, quandocumque reddidit futura est cum propriæ salutis periculo, unde non solum non tenentur eo casu reddere, sed reddendo, & exigendo mortaliter peccant, Pontius de Marim.

lib. 10. cap. 14. num. 2. & 3. & quia ad Medicum solummodo spectat dijudicare, quandam coitus possit esse ita noxius, ut notabili discrimini coeuntes exponat, circa hoc iure optimo Medicus venit consulendus. Pontius ubi proxime num. 3. is enim causus, quæ maxime impedire possunt veneris usum investigans, multum Canonitas iurare potest in determinando, quanam legitime excusent, quæ non.

Huiusmodi igitur causæ veneris usum notabiliter impediens, considerari possunt vel respectu viri, vel respectu mulieris, vel respectu utriusque. loquamur autem ante omnia de iis, quæ excusant virum reddere debitum uxori ex parte sui ipsius, dummodo ante omnia admoneamus, omnes hæc causas respicere magna ex parte virium robur, Venus enim, si quis alius labor, firmas requirit vires, præsertim in viro; itaque ubi vires ex coitu notabiliter labefactas iri suspicamus, jam præsens est legitima excusatio non reddendi debitum: vires autem vel ex sua natura debiles sunt, vel ex accidenti deiciuntur. Ex Natura quidem ut ob temperamentum, vel ob ætatem, vel ob insignem aliquam principis partis discretiam, vel ob inanitionem, vel ob inanitionem, vel ob laborem.

Quoad temperamenta, quæ ipsas Individuorum Naturas dixeris, certum est, & admonent etiam Medici, ut Galenus, Orribasius, Avicenna, & alii locis jam adductis, quod quemadmodum Naturæ calidæ, & humidæ veneri sunt maxime idoneæ, ita his contrariæ, nempe frigidæ, & sicca omnino veneri ineptæ, ut enim illæ sanguine multo, & semine abundant, & ob id validas vires habent, eodem quoque pacto hæc contrarias causas viribus sunt imbecillibus, qui ergo imbecilles habent vires, inquit Galenus apud Orribas. lib. 6. collect. cap. 27. ii à veneris usu ad summam infirmitatem deveniunt. considerandum autem esset quantum, & quousque huiusmodi Naturæ sufficienter ad coitum, ita ut absque periculo saltem insigni possint debito satisfacere, sed certe non possunt particularia determinari, quamobrem in hoc uniusquisque proprias vires, & Medicum consulere debet, adnotando ea, quæ alias ex coitu, aut ex voluntaria, vel in somnis facta seminis evacuatione sibi acciderint, & quam ratione in hoc se habuerit; universaliter tamen hæc ita determinari possunt. Calidas, humidæque naturas omnium minime, frigidas, & siccas omnium maxime, ut diximus, à veneris usu lædi Averr. lib. 5. Collig. cap. 12. unde & respectu temporis, & respectu ætatis, & respectu laboris, & respectu frequentationis ipsius coitus, & respectu denique quarumcunque causarum illæ aut nihil, aut parum, vel multum excusari possunt. Calidæ, & sicca naturæ licet facile resolvantur, medio tamen modo se habent, quia sanguine abundant, multoque spiritu, & calore, unde facile quod facile deperdunt, recuperare sunt aptæ. Frigidæ, & humidæ, eo quod multo calore non abundant, his multo minus veneri sufficient; quamam autem ex ratione Aristoteles, & Rufus dixerint, venerem Melancholicis prodesse, qui tamen Naturæ sunt frigidæ, & sicca; ambigere licet; dici tamen potest, non his, qui à Natura, quod paucissimo calore sint dotati, sed his, qui ex accidenti, in quibus alias calor vigere potest, sunt Melancholicæ, Venerem prodesse, idem

Quæstio II.

De Debito Coniugali.

idem dubium etiam de Hippocratis, eiusdemque Aristotelis sententia insurgere potest, quod dixerint, coitum prodesse morbis ex pituita, nam si sic est, videretur etiam dicendum, Pituitosis naturis frigidis nempe, & humidis, quæ multa pituita abundant, venerem esse proficuum; verumtamen non idem est dicere, Venerem prodesse morbis ex pituita factis, & venerem prodesse Naturis pituitosis; nam pituitosæ Naturæ debili calore sunt præditæ, & modico sanguine abundant; at qui patiuntur morbos pituitosos, poterunt alias multo calore abundare, & sanguine, & vires integras fortiri, sic autem à Veneris usu iuvari poterunt, evacuando per Venerem pituitæ copiam absque eo, quod viribus destituantur, aut proprium corpus nocua refrigeratione labefactent.

De Etatibus autem ita cum præcæditis Doctoribus determinandum, Iuventus quidem quod & spiritu, & calore, & viribus præ cæteris sit prædita, præ cæteris quoque veneris operibus vacare tuto potest; ab hoc autem tempore, quod in hoc negotio à vigesimo primo anno enumerare libet, quando jam corpus suum totale incrementum sortitum est, succedit procedendo usque ad quadragesimum, vel quadragesimum quintum, ætas vero, quæ huic succedit usque ad quinquagesimum, vel quinquagesimum quintum, medio modo se habet, ab hinc ita ætatem excusare dixerim, ut legitimum impedimentum præter reddendi debitum sit ex parte, aut saltem ex majori, ita ut si antea ætate quis reddere consueverit bis singulis hebdomadis, ab inde sufficeret reddere semel in mense, quod ab ulteriori redditione insigniter lædi possit; imminet enim huic ætati ex frequentiori coitu evidentissimum sanitatis periculum, sed tamen hæc nihil per se operantur, nisi simul vires cum ætatibus considerentur, nam, ut non semel diximus, Etates non annorum numero, sed virum robore sunt metiendæ. Verumtamen vero Etas, quæ Iuventutem præcedit, nempe ante annum vigesimum primum quemadmodum acutioribus veneris stimulis conflictatur, ita minus rationaliter, minusque discretè & exigere, & reddere debitum solet; illud tamen certum est, hanc ætatem eo magis veneris usu lædi, quo tenerior est, & idcirco in prima pubertate tanti æstimarem hanc rationaliter timendam lætionem, ut saltem ab iterata per singulos dies redditione iure excusari etiam robustiorem adolescentem posse crediderim; coitus enim tum temporis, cum nempe hircire, aut catulire, ut ajunt, homines incipiunt, & corporis incrementum impedire, & vires insigniter labefactare, & hominem ad multos morbos disponere potest. quin & imbecillum prolem, morbique obnoxiam expectare ex huiusmodi horum frequentata conjunctione conveniens est.

Ab his considerandum est de Principum partium naturali debilitate; sit enim interdum, ut corporis quidem Natura, Temperamentum, & robur Veneris laboribus facile sufficiant, sed vel capitis, vel cordis, vel stomachi imbecillitas huic re mirum in modum obflare videatur, neque dubium est, naturales hæc Principum, vel præcipuarum partium debilitates, & constitutiones evidentem causam præbere posse concumbentibus, ut in difficilis, perniciosos, lethalesque earundem partium morbos labantur, legitimum ergo hæc ipsæ

impedimentum dabunt reddendi debitum, sed de his plura exarabimus, cum de morbis hanc eandem debiti redditionem impediens verba faciemus.

Iam vero ad ea, quæ ex accidenti eveniunt consideranda properemus, & primo loco se offert Anni tempus, circa quod illud ante ex naturalibus denuo adnotabimus (nam & alias adnotavimus) mulieres magis appetere coitum vigente ætate, quam alio quovis anni tempore, quod etiam ex Heliod. & Aristot. pluribus in locis præcipue vero lib. 4. Problem. cap. 26. & Plinio adnotavit ex Iureconsultis Tiraq. in leg. Connub. lib. 9. Glor. 1. par. 9. num. 125. & ardente præsertim Iyrio salaciores sunt, quando maxime viribus Viri languent; cum ergo tunc evenire facile possit, ut mulieres debitum frequentius exigant, videndum, an temporis conditio viris à redditione sufficienter excuset; dicendumque videtur, anni tempora aliquando in totum, aliquando ex parte excusare posse; nam in totum excusare potest ætas vigens, ut ardente canicula, unde dies caniculares determinantur, tunc enim ob summam virium imbecillitatem, & ob facilitatem earum resolutionem, & ob præternaturalem calorem facile conceptibile, summum imminet ex coitu periculum, in assuetis tamen hoc non habet ita locum, ut in totum excusari possit, sed maxima ex parte, ut si consueverit bis in die, non excusabuntur ab unica, vel repetita etiam redditione singulis hebdomadis durante ætate, ex hac enim notabile nocumentum non reportabunt.

Porro Medici, cum inter Anni tempora verum dixerint esse veneri aptissimum, cætera suspensa habuerunt, omnium tamen maxime æstivum ob caloris naturalis pauperiem, eoque facillimam resolutionem, virumque ut dixi, summam imbecillitatem; alia vero duo, hyemale nempe, & Autumnale, licet non utilia esse pronunciaverint, non ut æstivum tamen ab aliquibus vituperantur, licet plerique fuerint, qui non æstivum, seu Autumnale, præ omnibus damnandum esse ad hunc effectum existimaverint, quod & corpus imbecilli adhuc calore dotetur, & multis, variisque excrementosis abundet humoribus; & videtur quidem, quod quemadmodum coitus frigidis, & siccis Naturis est inimicissimus, sic etiam in Autumno, qui frigidus, & siccus sua natura est, magis quam in alio quovis Anni tempore nocuus futurus sit, quod si ita est, Autumnus non minus, quam Æstas à debiti redditione excusabit, licet vulgus contrarium persuasum habeat, in Æstatis enim fervoribus ab uxoribus recedunt, adveniente autem Autumno ad earum redeunt congressus juxta vulgatum proverbium. Ergo Hyemale tempus medio modo se habebit, ut non quantum vere coitu absque incommodo viri uti possint, nec ut in Ætate, & in Autumno excusentur.

Considerarunt porro Medici in hac ipsa re etiam particularia totius diei tempora, & quæ cum iis corporis eveniunt mutationes, ut an jejuno, vel pasto homini coitus magis nocuus, aut proficiuus sit, an ante, vel post somnum celebrandus an vespere, cum quis in cubitum, an de mane ante quam è lecto homo surgat sit conducibilior, nos Galeni, aliorumque Medicorum auctoritate ducti, dicamus, recentes, satietates, & ebrietates semper esse vitandas, periculum enim minatur.

videndum ergo an prægressæ à debiti redditione excusare debeant; famem quoque esse cavendam certum est, jejunis ergo à coitu abstinendum, unde & jejunos homo excusabitur; non pro unica vice, sed si frequenter jejunos concumbere cogeretur, optime vero quis concumbet à cibo, inquit Medici, qui ad satietatem non sit ingestus; & cum satius sit viro uti coitu cum cibum moderate sumpsit, à cœna quidem oportune id fiet, concubitus vero, qui media nocte, & qui sub Aurotram sunt habent omnes cum se aliquod periculum, & licet hæc leviora forte sint, quam ut virum excusare à debiti redditione possint, tamen si uxor frequentaret exigere semper horis hujusmodi non oportunitatis, non esset detrectandum, virum legitime excusari posse, sunt enim qui ex coitu tunc factio in stomachi cruditates, dolores, vertigines; capitis debilitatem, & alias non contemendas infirmitates incident.

12 Cæterum inanitio notatu digna, vel Natura facta, vel arte, aut quomodocumque procurata, ex qua vires quoquomodo sint dejectæ, legitime videntur excusare à redditione debiti, cum post tales inationes concumbere, sit mortis periculo sponte occurrere; ut post insignem corporis dejectionem, post notabilem sanguinis undecunque evacuationem, post vomitum copiosum, post ubiorem sudorem, & in summa post quamcumque inanitionem; sic etiam post jejunium, tale nempe, in quo nihil homo ingerent, quod non minus inanire corpus est aptum. circa quod tamen dubitari potest primo, an qui debitum redditurus est, teneatur

13 jejunare; & circa hoc non minus quam circa alia determinanda, vires, ut admonuimus, examinanda; quæ si valida sint, & debitum moderate sit reddendum; nihil quicquam impedimento esse censuerim debiti redditioni, si jejunium juxta Ecclesiæ Catholice ritum sit observandum, nempe ut semel in die ad libitum comedamus quicquid libenter, carnibus, lacticiis, ovisque exceptis, permisso insuper vespertino jentaculo, quod affluentius ea de causa, si quando opus fuerit, desumi poterit. alias vero si jejunium rigorosius esset, & plurius dierum futurum sit, ut si triduo cum pane, & aqua sit jejunandum, tunc certe ob imminentem virum dejectionem non posset absque periculo homo jejunare, ut si forte id esset alicui poenitentia injunctum, nam tunc magis tenetur satisfacere debito, ad quod ex Iustitia tenetur, adverte autem unius diei jejunium ordinarium nihil notabilis detrimenti asserere posse ei, qui redditurus est debitum juxta id, quod in usu habet; contra autem si plurius dierum, ut est Quadragesimale.

14 Nota ulterius secundum Canonistas non posse conjugem se jejunis, & abstinentiis ita macerare, ut evadat impotens ad reddendum, Summa Armilla verbo debitum conjug. summa Silvestr. verb. ead. num. 2. par. 1. Conic. de Sacram. dispur. 34. dub. 2. num. 18. Pontius lib. 10. de Matrim. cap. 3. num. 7. quod in tantum verum est, ut non solum habeat locum ubi impotens evaderet, sed etiam ubi deformis ex hoc redderetur, & maxime mulier, quam volunt ex hoc mortaliter peccare, quia daret causam, ut odiosa apud virum suum evaderet, qui facile inde occasionem haberet committendi adulterium, ut prosequitur Sanchez de Matrim. lib. 9. dispur. 19. num. 4. & ex his etiam satisfieri potest alteri dubio, num scilicet qui jejunavit, teneatur

reddere debitum; nam vir mediocrius virtutis, nempe qui commune hominum robur adsequeretur non excusatur ex ordinario unius tantum, aut alterius diei jejunio à debiti redditione, secus autem si fuisset plurius dierum, & multo magis si jejunium ordinarii rigorem transcenderet, ut si fuisset cum pane, & aqua, sed in his quoque virum robur attendendam, nam quantumvis arduo, & longo quis jejunio maceraretur, intra terminos tamen ordinarii, ac diurni jejunii loquendo, dummodo vires sufficerent, non excusaretur à debito reddendo in totum, nullo imminente sanitatis periculo.

Sequitur post hæc labor, qui si vel jam præcesserit, vel de necessitate postmodum futurus sit, dummodo sit notatu dignus, à Veneris usu ita hominem prohibet, ut nisi omnem salutis aleam curere velit, ab eo abstinere debeat; licet enim ut Rufus apud Oribas. lib. 6. cap. ult. dicebat, putaverit Medici nonnulli, solvi concubitu labores, nempe concubitus esse pro remedio laborum, tamen, ut ipse Rufus addebat, male hi sentiunt, cum imbecillitas esse non possit laborum remedium, nam ipsa ratio suadet, ut Galenus dicebat in 3. de morb. vulg. comm. 3. tex. 31. labori laborem non mederi, & tamen non videntur absque apparenti saltem ratione dixisse Medici illi, solvi concubitu labores, nempe concubitus esse pro remedio ejus lassitudinis, quæ laborem consequitur; sit enim hæc à confertim facta, ac multa spirituum resolutione ex incallescencia sanguinis per laborem. Levis ergo concubitus sanguinem modice refrigerando causam tollit majoris resolutionis spirituum, sique aliquo modo labori mederi potest; sed neque vera omni ex parte est ea Galeni assertio, quod labor labori non medetur, quia si Celso credimus lib. 1. cap. 3. levis lassitudinem, etiam laboris mutatio, eumque quem novum genus ejusdem laboris pressit, id, quod in consuetudine est, reficit.

Quicquid autem de hac ratione sit, certum est laborem excusare à debiti redditione, quod intelligendum, ut annuimus, de labore immodico, & inconsumto, nam si alias ita quis se affuerit, ut post familiarem, quotidianamque laborem concumbat, & ex hoc nihil jam detrimenti perceperit, non erit hic labor sufficiens ad excusandum. immoderati enim labores dicendi, qui ultra virum tolerantiam, vel ultra consuetum sunt, semper autem immoderati dicuntur in relatione ad ipsum laborantem, nam qui labor respectu Socratis erit levis, gravis, immoderatusque erit respectu Calliæ, & sic ex uno, eodemque labore quoad quantum Callias excusari poterit à redditione debiti, Socrates nequaquam, ex eo quod Calliam vel quia non est affuetus, vel quia imbecilli corpore est, insigniter debilem faciet, Socratem vel quod sit affuetus, vel quod firmo sit, ac robusto corpore, ne afficiet quidem. Sed de labore alias lib. 5. tit. 1. differui.

Remanet tandem inter causas virum excusantes à debiti redditione de morbo considerare, firmabimus ergo primo hanc conclusionem omnibus Medicis, sed quid inquam Medicis? omnibus professoribus, immo & ipsi imperitissimo vulgo acceptissimam, Morbum esse ex præcipuis causis impediendis Veneris usum; est enim morbus res præter naturam, & Naturæ ipsi inimica, unde

in quovis morbo supponitur Naturæ debilitas, & nativi caloris succumbentia. at veneris usus & multo calore naturali indiget, & prosperam requirit valetudinem, nam ipsa corporis valetudine, ut dicebat Aristor. 8. de hist. anim. cap. 18. animalia quæcumque ad coitum excitari solent; atque eadem ex causa prudenter apud Iureconsultos dictum reperies, & communiter accipi, Coitum in valetudinario non præsumi. Mascard. de probat. conclus. 312. num. 16. quanto magis non præsumendus in eo, qui jam actu ægrotat?

19 Licet autem constet, ut alias etiam probavi, coitum non modo ad tendam sanitatem aliquando conferre, sed esse causam curativam plurimarum ægritudinum, ut cum Hippocrate, Aristotele, Galeno, & Avicenna, aliisque præcipue auctoritatis Medicis dici universa Medicorum schola, quemadmodum recensui lib. 6. tit. 1. quæst. 5. num. 5. & segg. maxime autem opitulari morbis ex pituita genitis, ut post Hippocratem signanter firmat Arist. 1. 1. problem. nu. 51. quod qua ratione fiat exponunt Doctores ibi, & post Conciliatorem, Septalium, Guastavinum, Io. Manelphus vir doctissimus, publicusque Medicinæ, & Philosophiæ professor hic summa cum laude Medicinam faciens, tamen hi ipsi morbi legitimum impedimentum præbere debent in Veneris usu, quia quandoque coitus pro cura aliquis morbi sit exercendus, non debet qui coiturus est alterius voluntate adstringi, sed libitu suo, & quando oportunitas exigit concumbere; alias non modo venus morbum non curabit, sed eum adaugebit, aut hominem in peiores morbos conjiciet: non tamen dubitandum, quod, si uxor oportune petat, & reditio sit cessura in viri utilitatem etiam morbo decenter, vir teneatur, modo id illi constet, reddere debitum, contra autem si extra oportunitatem exigat.

Sed qualisnam morbus ad hunc effectum dici debet sufficienter excusare? num sufficere qualiscunque etiam levissimus? Advertendum circa id, quod detrimentum redundans viro ex debiti redditione, ut ipsum legitime excuset, debet esse notabile, alias si modicum futurum sit, non legitime excusabit, quia præponderat illi lex Iustitiæ obligans ad debitum reddendum. Sanchez de Matrimonio dispur. 24. num. 2. lib. 9. Pontius ibid. lib. 10. cap. 14. num. 3. qua veritate stante, dicendum primo. In frequentata debiti redditione sufficere, ut morbus sit levissimus ad hoc, ut excuset, quia frequentia coitus exhauriendi spiritus, absumendoque substantiam ultimi alimenti ex levissimo morbo, maxime si aliqua dispositio, aut morbosus apparatus addit, facile potest gravem facere. frequentia autem, & raritas coitus desumenda juxta hominum robur, & consuetudinem. at in rariori debiti redditione in viro aliquoquin mediocri fortitudinis non satis est quicunque levis morbus ad excusandum; Natura enim etiam in ipsis morbis alicujus considerationis salubriter sponte semen excernit maxime in affuetis. morbus ergo qui legitime excuset debet esse talis, ut insigniter lædat operationes, & vires aliquo modo deiciat.

23 Cæterum circa morbos universaliter primo ita videtur pronuntiandum, Morbi omnes, qui aut febres sunt, aut febres conjunctas habent, quæcumque tandem illæ sint, aut continuæ, aut intermittentes, aut lethales, aut non lethales, aut acutæ,

aut chronicæ, aut essentielles, aut accidentales, aut Ephemeræ, aut putridæ, aut habituales, omnes, ac singulæ hominem ab omni coitus usu prohibere debent, ob damnum notabile ab ejus usu emergente; quia cum in febre calor vigeat præter naturam, certe necesse est naturalem calorem succumbere; at in veneris usu, ut jam læpe diximus, calore naturali multo quidem, ac vegeto est opus; si ergo ex coitu ob leminis excretionem naturalis debilior reddatur, jam absque ullo dubio naturam summo perire lædi necesse est. imminente ergo notabili, ac insigni periculo ex coitu, febris quæcumque erit legitima causa non reddendi conjugale debitum.

Secundo dolores omnes insignes, & maxime 24 nobiliorum partium iusto impedimento sunt, ne vir reddere possit debitum; nec quicquam interit utrum à causa calida, vel à frigida dependentiam habeant; cum enim in omni dolore notatu digno fiat maxima spirituum resolutio, ex qua vires deijci mirum in modum non est dubium, & in veneris usu hæc spirituum resolutio, & ob evacuationem utilis, ac spirituosæ materiæ, & ob laborem, & ob voluptatem multo magis adaugeatur, consequens est, veneris usum notabile asserere periculum, ubi dolor aliquis virum exerceat, qui insignis sit, & idcirco hujusmodi dolorem semper dare legitimam causam non reddendi debitum. immo non solum hujus generis dolores excusare debent, dum adhuc vigent, sed etiam per aliquod tempus post eorum remissionem ob eandem virum dejectionem, quas reficit ante usum veneris undequaque est necessarium. An autem excipi debeant dolores, qui à multitudinem sanguinis originem habent, vel à retento semine, dubium esse posset, quia videmus in his casibus Medicos copiosa sanguinis evacuatione uti, rationabile ergo fuerit, etiam feminis evacuationem adjumento esse, sed hoc potius haberet locum in retento semine, quam in dolore à sanguinis copia; certum tamen est minus multo nocentem hominem in his doloribus à sanguine ex venere percepturum, quam ex aliis.

Tertio morbi omnes, qui facile insultus, & exacerbationes habent ex erratis in victu, aut undecunque, etiam si præsentibus non sint, sed alias familiares existant, dummodo sint notatu digni, legitime virum excusare possunt à debiti redditione; non solum enim quia veneris usus potest eos morbos facile excitare, excusare debent, sed etiam quia possunt eos peioris conditionis efficere, ita ut non solum alias consuetam afferant molestiam, sed vitæ evidentius insidiantur, tales sunt Capitis dolores periodici, Apoplexia, Epilepsia, Vertigo, Paralysis, Asthma, sanguinis spurium, stomachi dolores, dolores item Colici; Iliaci, Nephritici, articulares, & alii id genus, quod tunc absque dubio locum habebit, cum idem vir alias femel, atque iterum venere usus eorundem morborum insultus esset expertus.

Atque his quidem sic universaliter determinatis ad particulares jam morbos devenientes, dicamus primo, capitis morbos, qui nervis quoquo pacto sunt insensu, etiam si leviores sint, licite à debiti redditione virum excusare; cum enim venter nervis sit maxime inimica, Rasis 24. Contin. cap. 1. in prime. & morbi Nervorum ex quacunque leviori causa irriterentur, certum est eos ex Veneris usu mirum in modum irritari posse. Itaque non modo Apoplexia recens prægressa, Epilepsia, & alii id genus, & maxime 25
ij. Zz 2 inliguis

inignis Paralysis, convulsio, aliique his similes morbi à redditione debiti excusare debent, sed etiam membrorum permanens torpor, paralysis leuiore, Incubus, Scotomia, sive Vertigo, & si qui alii hujus generis sunt, sed priores non modo legitime excusare debent, dum actu molestant, aut de recenti molestaverint, sed etiam jam per nonnullos dies præterierint, qui plures, aut pauciores esse debent juxta majorem, & minorem morborum fortitudinem, coitus enim facile eos morbos in personis ad eos dispositos excitare potest, & vitæ evidenti periculo hominem subicere.

27 Porro morbi omnes somnolenti, non solum quia ut plurimum febrem adjuncam habent, sed quia à frigida causa originem ducunt, & debilem calorem supponunt, maxime in Cerebro, cui venus ex sua natura apprimè est inimica, excusant à debiti redditione, tales sunt Læthargus, Caros, Catoche, Catalepsis, Coma, seu Cataphora, vel subet, vel Sopor, & hujusmodi, quibus tamen præsentibus certum est incassum uxorem petere debitum, quæ tamen tunc peccat exigendo, vir autem etiam isdem morbis remittentibus excusari debet. addendi insuper soporosis, seu somnolentis morbis alterius generis alii, nempe Infantiæ quodcumque genus, ut Melancholia, Mania, Licanthropia, obliuio, & hujusmodi; omnes enim insigniter à Veneris usu irritari possunt, & in deteriori conditionem ægrum conicere, quamquam vero Arist. lib. 4. *Problem.* 31. Paul. lib. 1. *cap.* 35. Oribas. ex Ruso *Collect.* lib. 6. *cap.* ult. Avic. 3. *lib.* fen. 20. *tract.* 1. *cap.* 11. & 20. 4. *tract.* 10. *cap.* 10. & inter Iureconsultos ex Homero Tiraq. *de Nobil.* *cap.* 30. *num.* 195. & de Leg. *Comm.* *Gloss.* 15. *num.* 58. voluerunt, Venerem, ut alias dixi, Melancholicis, morbisque Melancholicis esse proficuum, tamen hoc uniuersum, & simpliciter verum non est, ut ibi expositores percurrunt. nam in Melancholicis, & morbis Melancholicis aut frigiditas, aut ficcitas, aut utraque simul qualitas mire exuperat, aut etiam alterutra; venus autem refrigerat, & ficcat, spiritusque exhaurit, quorum exiguum Melancholici, ut plurimum, copiam habent.

28 Superiores morbos subsequuntur ægritudines oculorum, quorum illi, qui visioni quoquomodo incommodant, maximo impedimento sunt in reddendo debito conjugali, quia cum omnibus sensibus venus sit infesta, præ cæteris maxime visui obest. Rafis ex Arist. 24. *Contin.* *cap.* 1. *in princ.* quia cum indigeat tenentur spirituum ope, illis exhaustis insigniter labefactatur. sunt vero hujusmodi morbi Ophthalmia frequens, Oculorum ulceræ, & vulnera, Albugines, Pupillæ dilatatio, & Tabes, Suffusio, seu Cataracta, Glaucoma, Ophthalmia, Obcuritas, sive Amaurosis, Hebetudo, Nyctalops, & id genus alii. Nec minori consideratione dignum impedimentum est, quod præbet morbi sensum Auditus labefactantes, nam & huic sensui noxia venus est; an autem insignis Auditus læsio, quæ ex redditione debiti provenire possit, sufficienter virum excuset, Canonistæ determinent, illud certum est, frequentatum veneris usum totalem Auditus deperditionem minari in his, qui sensum hunc debilem sortiuntur, aut aliter læsum habent; quod si sufficiens causa est non reddendi debitum, certe virum ad frequentem redditionem non teneri dicendum, si hunc sensum male dispositum habeat.

Succedunt prænominatis Pectoris morbi, de quibus peculiariter dicebat Rufus apud Oribasium *ubi proxime*, Habenda quoque est ratio omnium morborum Thoracem obidentium, aut quos obfessuros esse suspicamur, & rectè quidem addit, Aut quos obfessuros esse suspicamur, quandoquidem venus pectori est adversa, ipsamque peccus, ac viscera in eo contenta ex Veneris usu debilitantur; ubi ergo aut naturalis pectoris debilitas, aut ejusdem angustia, aut insignis cordis discrasia, aut Pulmonum flacciditas, aut arteriarum obstructio, vel alia quæpiam similis causa, aut spirandi difficultatem, aut lyncopem, aut sanguinis putum, aut Cordis tremorem, vel alium quemdam hujusmodi affectum minentur, certe legitima causa subest virum omnino excusans à conjugali debiti redditione.

Subsequuntur morbi partium naturalium, & primo Hepatis, Lienis, & ventriculi. harum ergo partium frigidæ intemperies, quæ insignes fuerint, possunt excusare virum à debiti redditione. Veneris enim usus sanguinis meliorem partem exhauriens, facile cacexiam, Hydropem, insuperabiles cruditates, alioque hujusmodi affectus facili negotio excitare potest, quos hominem in evidentissimum vitæ periculum præcipitare certum est. dissimilia quidem incommoda afferre potest exuperans earundem partium sicca intemperies, quæ neque profus contemnendo periculo hominem exponeret, venus enim excicat, quæ ratio est, ut Melancholicis aduersissima celestatur, aliz vero discrasie calida, nempe, & humida non tanti videntur faciendæ, ut in totum à redditione debiti, aut magna ex parte excusare possint, cum non adeo inimicam Venerem experiantur, sed si verum est supradictas partium intemperies hominem aut uniuersum, aut in parte excusare à debiti redditione, multo magis verum erit excusare aliquos morbos prædictarum partium, qui ex aliqua ex supranominatis discrasis originem trahunt, talis est Hepatis imbecillitas, qua qui laborant Hepatici ob id dicuntur, Hydropis species omnes non in factu esse tantum, sed etiam in fieri, quin & Cacexia, quæ Hydropem præcedit, Morbus Regius contumax, ventriculi recurrentes dolores, rebelles cruditates, Inappetentia non facile superabilis, Cardialgia, & si qui alii morbi notari digni sunt, qui aliquam ex prænominatis partibus obfidere consueverint, & maxime ventriculum, quia coitus, ut inquit Rafis 24. *Contin.* *cap.* 1. res efficacior in debilitate virtutis faciendæ in stomacho; hoc est ex cæteris omnibus causis magis efficax ad debilitandum stomachum, & ideo, addit, abstinentia ejus conservat virtutem stomachi. His etiam adnumerandi aliqui harum simul partium, & intestinorum affectus, ut insignis diarrhæa, cæliaca passio, Cholera, Lienteria dysenteria, fluxus Hepaticus, aliæque nonnulla fluxus genera; Intestinorum, ventriculi insignes dolores, & maxime Ileos, Volvulus etiam dictus, & Colicus. Quoad inappetentiam tamen, & longos fluxus Rufus apud Oribasium *loco citato* voluit, hos morbos Veneris usu aliquando sanari, sed id multa cautione executioni demandandum esse norunt Medici, jam nota quoque est Hippocratis sententia, Dysenteriam solvi à turpi scortatione, ex quo ductus Amatus Lusitanus *Currat. medic.* *cent.* 2. *cur.* 47. coitum leuiter factum idem præstare experientia do-

ta docuit. Sed quæ pro remedio sanitatis usurpantur, non facile secundum alterius voluntatem usurpari possunt.

31 Inter naturales partes Renes etiam sunt, Vesica, & Testes, harumque morbi notari digni, & qui justam excusationem viro præbent non reddendi debitum sunt, Dolores Nephritici aut præsentis, aut familiares, hoc est, qui qualibet ex occasione reversionem faciunt, Renum ulcera, urinæ suppressio, stillicidium, Diabetes, & si qui alii sunt prædictis non dissimiles, Gonorrhæa vera, nam pseudogonorrhæa, quæ est materiei cuiusdam, non tamen proprie feminalis ex genitalibus profluvium, non est sufficiens causa excusans, quemadmodum neque alii quidam leuiore morbi, ut Herniæ species omnes non tamen magnæ, nam magnæ subest magna ex parte excusare, quia frequentia coitus vias magis aperiendo, & partes caloremque earum debilitando, potest eos morbos insigniter facere deteriores.

32 Post hæc felse nobis offert aliquid dicendum de vulneribus, quæ nisi ita exigua sint, ut in nulla consideratione haberi debeant, pro eorum gravitate alias magis, aut minus excusabunt, semper autem legitime excusabunt dum vigent, sed gravia abique dubio ad multo longiorem terminum; immo li partium nobiliorum sint, & maxime Capitis, non solum dum vigent excusare debent, sed etiam per totum vitæ curriculum saltem à frequentiori redditione; quia magna vulnera nobiliores partes obfidentia corpus in postero mirum in modum debilitatum relinquunt, quin & hominem, ut alias dixi, sterilem reddunt, immo non vulnera solum, sed etiam vehementes quarundam ex illis partibus percussiones, ut Capitis, Spinæ, vel Cervicis eandem afferunt excusationem; in tantum enim hominum vires naturales deiciunt, ut eos in venem proflibac reddant notabiliter segniore, ut notat Alex. Bened. lib. 24. *Pract.* *cap.* 12. sed & magna ulcera pari impedimento, aut non multo minori esse debent, nam dolore, & perenni sanguinis, aut puris, ut cuiuscumque materiei etiam inutilis expurgatione debilem hominem ita reddunt, ut frequentiori Veneris usui absque vitæ dispendio sufficere non possit, & si proprias vires experiat, facile succumbat.

Erat postremo aliquid dicendum de morbo Gallico, & de Cutaneis morbis, de utrisque tamen convenientiori loco agemus, addendum tantum, Tumores etiam externos non aspernabiles hominem urgentes, illum à debiti redditione magna ex parte excusare, nisi ignobiliores partes occupaverint, aut magnitudinis sint non considerabilis.

S V M M A R I V M.

- 1 Non est par ratio viri, & uxoris in reddendo debito conjugali.
- 2 Mulier satisfacti debito patiendo se à viro viri absque eo quod semen emittat.
- 3 Non licet negare debitum, ne plures filii nascantur, sed licet abstinere ob id à coitu.
- 4 Multa à redditione debiti excusant Virum, quæ non excusant Mulierem.
- 5 Qualisnam morbus esse debeat, si mulierem à debito reddendo excuset.
- 6 Qui morbi mulierem à redditione excusent.

- 7 Peculiares morbi mulierem excusantes.
- 8 Fluxus menstruus durioris, & morbosus an mulierem excuset.
- 9 Vires morbi mulierem excusantes.
- 10 Affectiones hysterice quæ excusent.
- 11 Tempore Menstrui an debeat reddi debitum.
- 12 Quandoquomodo coire tempore menstrui omni culpa careat.
- 13 Majus periculum imminet coeundi cum puerpera, quam cum menstrua.
- 14 Puerperæ quanto tempore à coitu abstinendum.
- 15 Prægnans an excusetur à debiti redditione.
- 16 Distinctio Sannazarii de usu coitus in prægnantia examinatur, & num. seq.
- 17 Veneris usus in prægnantia quando concedatur à Medicis in postremis mensibus.
- 18 Quandoquomodo ultra Abortus periculum imminet prægnanti ex Veneris usu.
- 19 Superfœtatio mulieri, & foetui periculosa.
- 20 Mulier quæ in partu periclitari solet, an excusetur à redditione debiti.
- 21 Mulier an possit non seminando impedire conceptionem, si in partu periclitari solet.
- 22 Lactans an excusetur à reddendo debito.
- 23 Ex Veneris usu in lactante muliere duplex imminet periculum lactenti puero.

De his, quæ Vxorem à debito reddendo excusant ex parte sui.

Q V Æ S T I O III.

Non est par ratio Viri, & Vxoris in reddendo debito quoad excusationem ex aliqua ex causis nominatis in superiori quæstione provenientem, quia multa excusare possunt Virum à reddendo, quæ nequaquam excusabunt Mulierem, idque non ex uno, sed ex multiplici capite, & primo ratione laboris, qui major abique dubio est, concitatorque fit ex parte Viri; secundo ratione modi concubendi, plerumque enim Mulier in dorsum jacet, unde relictus requiescens concumbit, neque laboris multum impendit, nisi volens; Vir autem illam supergressus perenni motu, & concitata impulsionem.

— *solicita spatium decurrere Amoris.*
Tertio ob copiosorem seminis quantitatem à viro profusam, quam à muliere, quod etiam est materiei utilioris, quam semen foemineum, quia magis spirituosa, licet etiam foemineum in suo genere semen sit perfectissimum habens potentiam generandi sibi similem, ut jam probatum est. quarto ratione intentioris voluptatis à viro in seminis effusione perceptam, ex qua etiam major spirituum, & virium dissolutio, nam dissolvi ex coitu inter animalia maxime hominem constat, & ejus rei causam quærit Arist. *sect.* 4. *problem.* 6. quod de viro quidem magis verificatur, quam de muliere, ut patet, ex quibus omnibus fit, ut non possit ex ille dem regulis traditis pro excusatione viri desumi quando excusari debeat mulier; præterquam quod sunt aliqui morbi viris peculiare, qui aut nullo modo, aut de raro, aut non tam male mulieres exerceant, quemadmodum è contra morbi nonnulli sunt mulierum proprii, à quibus viri sunt immunes.

2 His accedit, quod, ut quæstione prima jam probavimus, mulier satisfacit debito matrimoniali sola patientia copulandi se cum viro absque eo quod semen emittat; unde potest minimo, immo nullo virum dispendio, nisi aliud interveniat, debitum reddere; licet nulli dubium esse debeat, quod stante necessitate seminis femine in generatione, nunquam mulier possit impedire semetipsam, si jam sit excitata ad seminandum, ne semen effundat, quia tunc impediret generationem, quod mortale peccatum est, quia impediendo generationem, matrimonium præcipuo suo sine frustra-
3 24. Coninc. de Sacram. disp. 34. dub. 3. num. 24. Tom. 2. non interdicitur quippe abstinere à coitu hoc sine, ne plures filii nascantur. Navarr. *ibid.* num. 33. sed si conjuges non abstineant, non possunt sine lethali culpa impedire aliquo modo generationem, ut patet apud omnes Canonistas; quodcumque ergo Mulier Viro copulatur, non poterit impedire seminis proprii effusionem, ubi suscipiendæ prolis spes aliqua esse possit, si ad illud effundendum jam mota fuerit.

Quicquid tamen sit de prædictis (nam ad Canonistas in his me omnino remitto, tantumque per modum consulenti hæc attuli) dicendum primo est, Mulierem non excusari ab aliqua corporis, vel partium naturali discria à reddendo debito, neque ab ætate majori, ut à senio, vel decrepitate, neque ab ætate minori, quantum est ex parte virum, neque à principum partium debilitate, neque ab Anni tempore, neque forte ab aliis incidentibus particulari tempore diei, neque à labore, nisi sit excessivus, neque à quovis etiam notabili morbo; quæ tamen, ut vidimus, virum excusant, nam morbus, qui mulierem excusare debeat talis sit oportet, ut non solum insigniter actiones lædat, sed sit ex sua natura aliquo modo gravis. & hæc quidem procedunt in simplici redditione; nam alias ubi in mulieris potestate non esset non seminare quodcumque vir cum ea copulam exerceat, essent hæc certe omnino limitanda, at neque seminante muliere æqualiter cum viro excusari à redditione potest, quia magis, ut diximus, resolvitur vir, quam mulier ex seminis effusione, & ut ex Rufo refert Oribasi. *lib. 6. cap. 38.* minus laboris à muliere impeditur in coitu, quam à viro, atque ita etiam minus molestiæ mulieri accedit.

Restringenda insuper prædicta sunt, ut procedant in moderata debiti redditione; nam alias si vir nimis esset in petendo, excusare possent etiam mulierem prædicta paulo minus ac virum; quod haberet locum etiam si mulier aut raro, aut nunquam semen effunderet; tamen enim parum quid perpetui mulierem à compressione viri dictum sit, tamen si ea frequens, atque iterata fuerit, notabiliter resolvit & ipsa potest ex solo labore etiam modico in coitu perpetrato, accedentibus externis illis causis, quas commemoravimus, ex quarum occasione minus aptam ad eos labores perpetuandos mulierem reddi certum est.

Peculiariter tamen circa Mulieres considerandum de Menstruatione, de Prægnantia, de Puerperio, de lactatione, & præter hæc de aliis nonnullis particularibus, si modo ante quoad morbos hanc universalem conclusionem ponamus, omnes morbos, qui non aspernabilem febrem ad-

jectam habent sufficienter posse excusare mulierem à redditione debiti. quia licet modico mulieris labore coitus exerceatur, nunquam tamen sine aliqua corporis exaltatione ipsius quoque mulieris succedit, quæ superaddita febri calori non dubium esse, quia morbum adaugere possit, sanitatisque recuperandæ spem adimere, vitæ periculo eam exponendo. cæterorum vero morborum, de quibus in superiore quæstione diximus, quod virum excusant, perpauci quidem excusant mulierem: qui excusare autem possunt sunt Asthma actu affligens, Phthisis maxime confirmata, cordis palpitatio, & tremor, syncopis, aut frequens Lithothymia, & stomachi dolores insignes, aut alii partium nobiliorum dolores acuti, & perneantes, & hujusmodi. sed præ cæteris considerandi veniunt morbi ad Renes, & contiguas quasdam partes spectantes, & primo Menstruorum defectus quicunque non impedit redditionem ex se, contra vero Menstruorum fluxus legitime impedire potest, cum enim ex Veneris ulu majorem in modum venas adaperiri, loca magis concalescere, & sanguinem concitatus ad uterum moveri contingat, certe ex eo, maxime si frequentetur, mulieris saluti notabile imminet incommodum. quod autem nonnulli Canonistæ dixerint, debitum reddi debere tempore menstrui, quando est diuturnum, ac morbosum, nempe in eo morbo, quem proprie fluxum menstruum immodicum vocamus. Tolet. *Instru. Sacerd. lib. 7. cap. 24. num. 2.* Sanchez. *lib. 9. de Matrim. disp. 21. num. 1.* & per eum adducit num. 2. Pont. *de Matrim. lib. 10. cap. 14. num. 5.* videndum ex his, an omnimodam habeat veritatem ex parte femine, nempe quod teneatur reddere, stante supradicto periculo. Canonistarum certe sensus talis videtur, quod cum reddere, vel exigere debitum tempore menstrui sit peccatum aut mortale secundum aliquos, aut veniale secundum communem, aut saltem sit quid indecens, ut luculentius infra, hoc voluerunt habere locum ubi menstruum diuturnum sit, & immodicum, ac morbosum, ex quo capite vera est illorum sententia, ex capite tamen periculi imminenti mulieri ex Veneris ulu in sanguinis fluxu morbofo, non perinde forte vera est, quod tamen, his consideratis, iidem Canonistæ determinent. habet tamen nostra conclusio magis locum in uno, quam in alio genere fluxus, præcipue autem in eo, qui valde immodicus est, & indefinenter affligit, aut de facili revertitur, & in quo venæ mirum in modum hiant, & sanguis fervidus, tenuis, & biliosus, ac copiosus est, tunc enim tanto evidentius coitus nocet.

Secundo inflammationes, Apostemata, & Vice-9 ra ipsius uteri, quæ insignem dolorem, aut aliud quoddam notabile incommodum in congressu excitare mulieri possunt, certe illam evidenti periculo exponunt; ex frequentata namque impulsione, & excitato dolore uterus facile majorem in modum inflammari, ac forte cancerari potest, quæ conclusio locum habere potest in omnibus, ac singulis uteri affectibus, qui quoquomodo notabilem dolorem ex coitu excitare possunt, signanter vero in mutato uteri situ, ut quando ad anteriora, aut ad exteriora vergit, tunc enim ex eo quod virile membrum in uteri corpus impingat, coitum mulieres tam molestum experiunt, ut si sæpius iteretur manifestum subeant inflammationis periculum;

culum; neque contra hoc recipienda videtur sententia Mercurialis *lib. 4. de morb. mul. cap. 21.* qui ex eo quod Arist. *7. de hist. anim. cap. 2.* scripserit in mulieribus uterum aliquando descendere propter coitus desiderium, hæcque curari, ubi concipiunt, existimavit coitum in hoc uteri prolapsu potius prodesse, quam obesse; nam contra Hippocrates *lib. 2. de morb. mul. nu. 37.* ubi uteri extra Naturam progressi fuerint, prohibet mulieri accessum ad virum, cui est magis adhaerendum. Nisi dicamus Hippocr. voluisse esse abstinendum à coitu cum uteri foras prolabantur, Mercurialem autem cum abique eo quod extra prodeant, simpliciter descendant.

10 Tertio affectiones Histericæ, quæ ex nimio sanguine, aut ex magna feminis copia procedentes, mulierem exercent, nisi alio ex capite excusent, per se non excusant, quia non modo nihil detrimenti in his casibus ex Veneris ulu expectandum, sed potius etiam in ipsarum vigore relevari eas ex coitu sperandum; per coitum enim retrahuntur à capite, corde, ventriculo, & superioribus partibus evaporationes ad ipsas ab utero transmissas, quin & ipsæ uterus ex coitu facile expurgatur, viæ magis adaperiuntur, & menses facilius eunt, eaque ratione mulier ab innumeris affectionibus ab ipso utero emanantibus vindicatur, quin & evacuatione interdum superabundantis feminis omnino ab omni noxa liberatur, quod satis superque non vana experimenta veritatem habere indies ostendunt, ut Medici norunt, & patet exemplo viduæ apud Galenum.

Cæterum quod ad menstrua pertinet, voluerunt Canonistarum nonnulli, ut jam supra recensuimus, tempore menstrui mortale peccatum esse exigere debitum, maxime autem mulieri, ut ex D. Thom. Navarr. *in Man. cap. 16. num. 32.* Scot. *in 4. sent. disp. 32. quest. unica.* & ex Silvestr. & Ledesm. Sanchez. *de Matrim. lib. 9. disp. 21. num. 4.* quod habere maxime locum putat summa Ang. *par. 1. in verbo debitum conjugale, num. 15.* ubi periculum est lepræ morbo infectam nascituram prolem. licet alii voluerint hoc esse tantum veniale peccatum. Tolet. *Instru. Sacerdot. lib. 7. cap. 24. nu. 2.* Coninc. *de Sacram. disp. 34. dub. 9. num. 76. Tom. 2.* Pont. *de Matrim. lib. 10. cap. 14. nu. 6.* alii tandem nullo modo esse peccatum firmarunt. Sanchez ubi supra num. 7. Alphonsi. Vivaldi. *in Candel. Aur. par. 1. tit. 17. rubr. de redd. debiti. conjug. num. 9.* circa quæ nonnulla mihi uti Medico sunt adnotanda, quæ maxime ad rem faciunt; primo tamen illud certum est, quod notant etiam Canonistæ, summa Armilla verbo *debitum conjugale.* apud Legem veterem in tantum fuisse culpabilem coitum tempore menstrui factum, ut mortis poena multaretur, quemadmodum habetur *Levit. cap. 20. vers. 18.* neque aliam ob causam interdictum ab illa Lege hoc est, nisi quia mirum in modum invigilabat Legillator, ut populum à Lepra mundum servaret, cum alias ob regionis, quam incolerat naturam, & alias dispositiones ab extra advenientes, populus Israëliticus huic morbo esset maxime obnoxius; est enim Lepræ morbus Egypto, finitimisque regionibus patriis, ut alias dixi, unde Lucret. *lib. 6. de rerum nat. in fin. Est Elephas morbus, qui propter flumina Nilis Gignitur Egypto in mediis.*

Et Fracast. *lib. 1. Syphil.*

Sic Elephas facit Ausonius incognitus oris.

*Sic Liehen latuere dicitur, quibus incolæ Nilis
Gens tantum, regioque omnis vicina laborat.*

idcirco tot leges de Lepra, & Leprosi promulgatæ, modo certum est ex coitu cum menstruata periculum imminere, ne proles maxime deformis, & monstruosa, & hujusmodi morbo infecta nascatur *cap. origo 32. quest. 4. cap. causæ. quest. 7. & 33. qu. 4.* Scorus *in 4. sentent. disp. 32. quest. unica.* ut Medici etiam fatentur. Card. *in lib. Hipp. de Alm. lect. 24. tex. 26. in fine.* neque solum proli timendum ex coitu tempore menstrui celebrato, sed etiam ipsi coëtantibus, disponit enim eorum corpora ad eum morbum, Scorus *ibid.* & ex nostris Avic. *2. 1. doct. 1. in fin. Averr. 3. Collig. cap. 7.* Mercurialis *lib. 4. de morb. mul. cap. 1.* & Nancel. *in Analog. Microc. ad Macrocl. lib. 10. cap. 10.* quod autem non Medicis solum, sed vulgo etiam ipsi constat quotidiana experientia, de qua etiam Mercurialis *ibid.* est aliquando ex coitu cum menstruata viros Gonorrhæam, non quidem veram, sed virulentam pseudogonorrhæam dictam contrahere, alioquin nonnullos morbos à sanguinis pravitate ab ipsis menstruis per genitales partes viro communicata originem ducentes, prolem insuper, si quæ sequatur, valetudinariam vivere, morbisque quamplurimis confectam; quin neque ipsas mulieres ab omni noxa ex hoc coitu esse immunes eadem testatur experientia; aliquando enim in causa est, ut menstrua aut plura, aut pauciora, quam par sit expurgentur, unde plures pullulant morbi, quibus sic habentibus determinandum à Canonistis jam est, an cum prædictorum periculorum imminetia absque ullius culpæ nota possint Conjuges, nulla urgente necessitate, nullaque legitima ex causa tempore menstrui ad solam libidinem explendam invicem commiseri; præterquam quod Matrimonii usus suo præcipuo sine plerumque frustratur, plerumque enim nulla euntibus menstruis sit conceptio, quod Medicis est notissimum, & notat ex Canonistis Pontius *lib. 10. de Matrim. cap. 14. num. 6.* crediderim autem Canonistas non tam facile ab omni culpa immunes existimatos Conjuges, qui euntibus menstruis coierint, his optime perpensis, quod si sententiam suam mutaverint, & cum aliis supracitatis determinaverint in hoc actu aliquam culpam intervenire, tunc admonendum est, posse fluentibus 12 menstruis præsentari legitimam coeundi causam, ex qua conjuges fiant ab omni culpa immunes, nam etiam euntibus menstruis aliquando datur occasio coeundi, ut facilius succedat conceptio, in nonnullis enim casibus consulunt Medici ut Hipp. *in lib. ad mulieres pertinentibus.* & maxime primo *de morb. mul.* ut fluentibus adhuc mensibus vir, & uxor congregiantur. Dari insuper & alius casus potest, qui à culpa excusaret, nempe quando mulier aut ex sui natura esset nimis arcta, aut respectu magnitudinis, & crassitiei pudendi virilis, tunc enim quia loca ex menstruo humecta, ac lubrica redduntur, promptissime virile membrum admittere possit, quantumcumque aut arcta ipsa sit, aut vir bene mentulatus existat. sed circa redditionem & exactionem debiti tempore menstrui vide distinctiones allatas à summa Angel. *par. 1. verbo debitum conjugale, nu. 15.* & à Sannazar. *de Spons. & Matrim. cap. 3. art. 5. nu. 56. & seq.*

Eadem dubia excitari possunt circa puerperium, quæ jam circa menstrua fuerunt excitata, quibus Canonistæ eadem responsione satisfaciunt. Summa Ang. *par. 1. verbo debitum conjugale, nu. 17.* Pontius *lib. 10. ij. L2 4.*

lib. 10. cap. 14. num. 8. mihi tamen magis peculiariter de puerperio considerandum videtur, quia
 13 ex puerperio magis profecto imminet infectio-
 nis, & sanitatis periculum ipsis coeuntibus, pro-
 li autem forte nullum, cum neque ulla spes ut
 plurimum esse possit, ut fluentibus puerperis mul-
 lier concipiat; quod si forte fortuna conciperet,
 tunc etiam multo majus periculum & monstruo-
 sitatis, & infectionis inde proli immineret. ratio au-
 tem est, quia etiam nonnullæ mulieres sangui-
 nem talem, tamque benignum fortiantur, ut etiam
 euntibus mensuris nihil damni viris cum ipsis
 congregentibus communicent, tamen puerperi-
 um nunquam absque multa variorum humorum
 colluvie procedit; & idcirco, ut ex Hippocrate
 alias dixi, multo evidentius imminet periculum
 mulieri ex puerperii retentione, quam ex reten-
 tione mensuræ, unde cum ex concubitu immi-
 neat mulieri periculum retinendi puerperium, cer-
 tum est majori periculo sese exponere exercendo
 coitum eunte puerperio, quam euntibus men-
 struis, cum quibus insuper admonendum, nun-
 quam dari posse legitimam causam exercendi
 coitum tempore puerperii, ut tempore mensuræ
 (nisi legitimam dixeris illam, ad evitandam scilicet
 fornicationem, & stimulos carnis inhiben-
 dos) quodcumque ergo aliquam culpam firmet
 Canonistæ incurrere utentem coitu tempore
 mensuræ, tempore puerperii semper, & mul-
 to magis erit in culpa. Sed per quodnam tempus
 abstinere debent conjuges in fluore menstruum,
 14 per quod item in puerperio? & quoad mensura
 dicendum servandum esse consuetum tempus par-
 ticularis fluxus, nempe quousque à sanguine mul-
 lieres sint emundatæ; nam plerisque post sanguinis
 excretionem restat cujusdam materię albæ, aut
 ad instar loturæ carnis, quæ, quia in nonnullis
 nihil impedit conceptionem, & in aliis adeo du-
 rat, ut vix unquam omnino mundæ appareant,
 non prohibere debet conjuges à Veneris usu. sed
 est etiam quando uti coitu adhuc fluentibus men-
 stris, sed cum jam desinunt, ad conceptionem
 maxime faciat; & tunc quidem cessant omnia
 tam conjugum, quam prolis nascituræ periculum,
 liberato jam utero, à copiosa illa sanguinis collu-
 vie, nam ejus reliquæ remanere solent ex vena-
 rum hiatu, nec quicquam officere solent. sed quo-
 ad puerperium num Veteris Legis præcepto stan-
 dum est, ex quo mulier si peperisset masculum tri-
 ginta, si foeminam sexaginta sex immunda erat, ut
 narratur Levit. cap. 12. non credo, quia non intui-
 tu hujusmodi præcepti nunc abstinendum, sed ob
 decentiam, & ob timorem imminenti periculi,
 ergo per totum tempus abstinendum, quo pericu-
 lum imminet, imminet autem ad summum per tri-
 ginta dies in partu foeminæ, in masculi per viginti;
 non enim ad quadraginta, aut sexaginta unquam
 prorogari puerperii purgationem comperimus,
 quin pluribus ante vigesimum cessat, & vix foemi-
 nas enixas ad triginta aliquid expurgatur notatu di-
 gnum; in particularibus autem id observandum,
 ut abstineamus quousque mulieres à puerperii reli-
 quiis mundæ appareant.

Ceterum dubitatur de muliere Prægnante, an
 excusetur à redditione debiti, in quo puncto dicen-
 dum primo secundum Canonistas, quod quando-
 cumque rationalis adest, vel adeste potest timor
 15 abortus, tunc prægnans duplici ex capite excule-

tur. primo ratione fetus, quem non debet, nec
 potest absque gravi peccato hujusmodi periculo
 exponere; etiam enim Conjuges teneantur ex
 Iustitia debitum invicem reddere, majus tamen
 debitum Iustitiæ est illud, quo tenemur alterum
 non ledere, cum ergo hic interveniat tam gra-
 vis alterius læsio, quippe cum vita defraudari
 ex hac debiti redditione prolem contingat, cer-
 te abstinendum ab ea redditione omnino est. se-
 cundo ratione sui ipsius, nam mulier abortum faci-
 ens rationabilem timorem incurrit suæ
 incolumitatis, cum ex abortu maxime ex vio-
 lenta causa patrato in dies videamus mulieres
 periclitari. jure igitur à Canonistis determinatum
 est, conjuges mortaliter peccare quodcumque
 tempore prægnantiæ venerit utantur, si verisimilis
 timor insit abortus, ut per Summ. Sylvestr. verbo
 debitum conjugale num. 8. Sanchez lib. 9. de Matrim.
 disp. 22. num. 1. Tolet. lib. 7. Instrucl. Sacerd. cap.
 24. num. 2. alias autem nullam in hoc interve-
 nire culpam omnes Canonistæ unanimiter firman-
 Brunell. de Spons. & Matrim. concl. 8. num. 13. Sanchez
 ubi supra. Tolet. loco citato. Pontius lib. 10.
 cap. 10. num. 7.

Examinanda autem venit hoc loco distinctio tra-
 dita à Sanazar. de Matrim. cap. 3. art. 5. num. 69.
 & seqq. Quæ talis est; Aut sumus, inquit, in pri-
 mo tempore ipsius prægnantiæ, aut in intermedio,
 aut in postremo. in primo tempore igitur, & in po-
 stremo (in primo, inquam, & ultimo quadrage-
 nario) neque reddere, neque exigere debitum con-
 juges posse credit; in intermediis autem posse &
 reddere, & exigere. sed notandum primo, confi-
 derandam esse in hoc casu particularem mulierum
 naturam: sunt enim quæ in principio facile aborti-
 ant, aliæ quæ in principio nunquam, sed trans-
 acto tertio, aut quarto mense, aliæ cum septimum
 attingunt, aliæ tandem in ultimo quadragenario,
 tunc ergo dubium non est, quod omni studio coi-
 tus evitari debet eo tempore, quo mulieres sunt
 propensæ ad abortum, daretur enim facilis aborti-
 endi occasio, licet ergo quibusdam uti coitu
 in principio conceptionis, non in medio, a-
 liis in medio, non in fine, aliis forte, ut his, quæ
 non de facili abortiunt, licet toto gravida-
 tionis tempore indifferenter; unde simpliciter lo-
 quendo; nisi aliunde timor adsit rationalis,
 prægnantia neque redditionem, neque exactio-
 nem impedit, dummodo semper majori cau-
 tela utamur in prægnantia, quam extra prægnan-
 tiam.

Secundo nota, quod etiam vera esset hujus
 17 Iureconsulti opinio, tamen non vacaret maximo
 scrupulo, quia prægnantia in primis quadraginta
 diebus vix de se ullam præbet significationem, nul-
 lam vero omnino certitudinem, unde sequeretur,
 quod emergente sæpe ex coitu inter fecundos
 conjuges non irrationabili suspitione successi con-
 ceptus, semper à quocumque Veneris usu tene-
 rentur abstinere, donec ipse rei exitus certiores il-
 los redderet, conceptum non successisse, quod
 non est verisimile.

Nota tertio à Medicis concedi Veneris usum
 18 mulieribus prægnantibus in extremis mensibus: di-
 cunt enim partum faciliorem reddere. Rasis lib.
 19. Contin. Mercat. lib. 3. de sterilit. & prægn. aff.
 cap. 21. Varand. lib. 2. de morb. mul. cap. 3. Ha-
 cher. de sterilit. lib. 3. rubr. de conservat. concept.
 neque

neque in contrarium facit quod Mercurialis lib. 1. de
 morb. mul. cap. 4. & Mercur. in lib. cui tit. la Commæ
 1. cap. 21. ex Arist. lib. 7. hist. animal. cap. 4. dicebant,
 quod ultimis prægnantiæ mensibus concubitus mul-
 lieribus sit prohibendus, quia ex eo fetus nascun-
 tur mucro oppleti, præterquam quod enim hoc
 non est semper verum, non videtur aliquid damni
 ob id five Puerorum, five foeminarum sanitati con-
 ciliari posse, licet Mercurius timeat, ne ex ipsorum
 mucorum quantitate ligamenta relaxentur; inanis
 tamen hic timor est; nam magna mucorum quan-
 titate ad hoc esset necessarium, quæ vix coadunari
 posset spatio bimestri. sed adverte Aristotelem vo-
 luisse tum demum infantem mucrore oppletum ex-
 ire, cum mulier mense octavo concumbit, cujus rei
 causa erat peculiariter investiganda. Illud certe
 constat ex Hippocr. in lib. de superfetat. num. 7. mul-
 lierem prægnantem facilius à partu liberari, si coitu
 non utatur, quod non tam præcisè de postremis
 mensibus accipiendum, sed de toto prægnantiæ
 tempore, melius enim aliquid dubio vires servantur
 abstinendo à coitu, quarum fortitudine partus faci-
 lior succedit.

Veritènimvero Prægnantibus ex Veneris usu
 19 ultra periculum abortus, de quo cum Medicis etiam
 Canonistæ, aliud quoque, & duplex illud qui-
 dem imminet Periculum à Canonistis prætermis-
 sum; unum est periculum superfetandi, aliud vero
 molam generandi, & de utroque periculo Mercat.
 lib. 3. de sterilit. & Prægn. aff. cap. 21. Mercurialis lib. 1. de
 morb. mul. cap. 4. & Daniel Sennert. lib. 4. sue præf.
 20 part. 2. sect. 5. cap. 6. Superfetationem autem esse &
 mulieri, & foetui utrique periculosam & iidem Medi-
 ci post Hipp. lib. de superfet. n. 2. cum aliis testan-
 tur. Roderic. à Castr. de Nat. mul. lib. 3. cap. 13. &
 comprobant experientia, de qua idem Sennert. ibid.
 sect. 4. c. 6. unde ad evitandum hoc periculum con-
 sultant Medici abstinere à coitu. Varand. lib. 2. de
 aff. mul. cap. 6. Quod tamen ad hoc periculum atti-
 net certum est illud esse valde remotum, cum de ra-
 ro admodum mulieres superfetent teste Arist. lib.
 7. de hist. Animal. cap. 4. neque etiam hujus peri-
 culi timor semper æqualiter urget, quippe cum pri-
 mis quadraginta diebus magis, subsequenteribus qua-
 dragenariis semper minus urgeat; etsi desideras scire
 quanto tempore ut plurimum periculum superfetati-
 onis imminet, vide ultra præcitatos Auctores, et
 alios quos adduxi Lib. 1. Tit. 3. quæst. 4. & ex Iure-
 consultis vide Carranz. plura de ea re afferentem
 lib. de Part. cap. 19. utrum autem Canonistæ vel ex
 non advertentia, vel ob superfetationis raritatem
 ejus periculi non meminerint, in lectoris esto liber-
 tate determinare.

Aliud, ut dixi, periculum impendit Prægnanti ex
 usu coitus à molæ procreatione, ut enim alias dixi,
 citato lib. 1. tit. end. quæst. 5. n. 12. & quæst. 6. num. 9. Mo-
 la ut plurimum in Prægnantibus generatur, & hoc
 quidem & facilius eventu est, & frequentius, solet
 autem Mola foetui mirum in modum, & Matri ob-
 esse, ut unanimiter omnes Auctores Gyneciorum
 post Hippocr. in lib. de sterilit. num. 20. & in lib. alius de
 Morb. mul. tradunt. At neque hoc periculum generati-
 onis Molæ tam evidens est, aut frequens, ut de
 illo quicquam à Canonistis in medium sit addu-
 ctum. sed non quia rarum, idcirco ejus timor irra-
 tionalis existimandus, sed Canonistæ id animad-
 vertentes determinent, an ex hujusmodi periculi ti-
 more conjuges abstinere à coitu debeant muliere in

utero habente, quod quidem nimis grave esset, &
 idcirco non in omnibus indifferenter id determina-
 re possunt; sed certe in his, quæ alias in prægnantia
 molas gestaverint, & foetum expertæ sint periclitata-
 tum ex hoc fuisse, aut se ipsas etiam vitæ aleam sub-
 isse, non esset ab re, aliquo modo Veneris usum in
 prægnantia dissuadere, nam Medici quidem intui-
 tu sanitatis corporeæ dissuaderent.

Dubitatur insuper, an mulier, quæ concipiendi
 rationabili periculo exponitur moriendi in partu, 21
 teneatur reddere debitum; & Canonistæ negative
 resolvunt. Bonaccio. de Matrim. quæst. 4. nu. 7. par. 1.
 Sed hoc difficultate non caret, quia cum mulier con-
 cipere non possit absque proprii feminis concu-
 su, & debitum reddi possit absque proprii feminis
 emissionem, certum est ex redditione debiti absque
 eo quod mulier semen emittat, nullum illi imminere
 periculum, at cessante periculo mulier tenebitur
 reddere, maxime si in ejus potestate sit abstinere
 à feminis emissionem, & ab omni motione ipsius, quia
 quodcumque semen jam ad motionem prope-
 raret, non est omnino clarum, an possit mulier illud
 retinere. illud ergo à Canonistis determinandum
 propono, an concurrente prædicto conceptionis
 22 periculo, & mortis in ipso partu, mulier possit prop-
 prii feminis emissionem impedire, aut concursum
 saltem proprii cum semine viri ad hoc ut conceptio
 non succedat; nam non solum, ut succedat concep-
 tio requiritur utrumque semen, sed etiam ut simul
 effundantur, aut unum non multo post aliud, itaque
 videndum, an foemina licite vel sollicitet, vel reme-
 retur proprii feminis emissionem, ne sequatur concep-
 tio, & maxime si excitata jam fuerit ad expul-
 sionem, an possit sese cohibere, & omnino semen
 retinere; aut an possit aliquo alio actu positivo co-
 nari, ut conceptio impediatur, veluti multum se ex-
 agitando, ac corpus retractando in coitu, vel natu-
 ralem modum concumbentibus mutando, vel se retra-
 hendo viro seminante, ita ut semen, licet extra non
 effundatur, ad uteri tamen interna non perveniat,
 aut aliquid aliud simile agendo, quæ quidem determi-
 nare meum non est.

Præterea dubitare occurrit de lactante an excu-
 23 setur à redditione debiti, & negativam partem tenent
 communiter Canonistæ. Sanchez de Matrim. disp. 22. lib. 9. nu. 14. Pont. ibid. lib. 10. cap. 14. num. 9.
 animadvertendum tamen hic ex Veneris usu in lac-
 24 tante muliere duplex imminere periculum lactenti
 puero. unum est provocatio menstruum, ex qua
 ipsum lac deterius multo evadit, ita ut videamus in
 iis, quæ cum lactant intruantur, puellios eo tem-
 pore notabiliter male habere, & in plerisque mor-
 bos labi. secundum periculum est imprægnatio, cu-
 jus causa multo evidentius pueri læduntur, ex ea
 enim in dies experimur (quod Canonistæ maxime
 adnotare debent) eos aut valetudinariam vitam in
 posterum agere, aut morbis difficilibus conficiari,
 aut in ipsis debitum augmentum corpulorum
 impediri, aut etiam denique vitam obire, quod non
 tam infrequens esse constat, ut exigua ejus rei ratio
 sit habenda. quin & ipsi conceptui male prospici-
 tur, ut percurrit Avic. 3. primi doct. 1. cap. 2. cum
 enim necesse habeat fetus priorum sanguinis mater-
 ni parte ad sui alimoniam, sit, ut lac ex deterrimo,
 qui relinquitur sanguine conficiatur, unde lactens
 puer pessime nutritus in eos morbos, in eaque dif-
 crimina incurrat, de quibus jam diximus. at quia
 lactens puer ad mammas plurimum attrahit sangui-
 nem

nem, fit ut parva, & magis impuri sanguinis portio ad fœtum alendum transmittatur, & sic uterque summo, ac evidenti periculo subijcitur; & quotidiana quidem experientia constat, lactantes, quæ concipiunt præcipue intra primum annum, nisi à lactatione desistant, conceptus gestare debiliores, & minime vitales, quibus ex causis non absque ratione jubent Medici, ut toto lactationis tempore Nutrices à coitu abstinant, Mercat. lib. 4. de morbis mul. cap. 15. Roderic. à Castr. de nat. mul. lib. 4. cap. 13. Daniel Sener. lib. 4. Præst. de Infant. cur. par. 1. cap. 1. & licet dici possit, quod quando-
cunque lactans mulier in ventre habere se sentit, facile illi sit, nutrimentum reperire, quæ puerum lactet, & sic utriusque pueri indemnitate facile sit confulere, tamen videndum, an hoc habeat locum in pauperulis, & in nonnullis aliis, quarum pueri nequaquam alienas mammas fugere volunt, hos enim à periculo eximere est impossibile. verum licet hæc per Canonistas forte non modo sufficienter exculare lactantem mulierem existimarentur, sed etiam prohibere à debiti redditiõe, haberent tamen locum, ubi tale aliquid rationabile periculum timeretur, & quodocunque etiam mulier in coitu semen emitteret; at potest mulier, ut alias diximus, debito satisfacere absque proprii seminis emissionem, & sic cessabit omne conceptionis periculum, immo etiam illud, quod timetur de lactis deteriori conditione, & turbatione ex seminis profusione. & tamen ubi vir frequenter debitum exigeret, non caret ea res periculo, de necessitate enim lactans Mulier frequenter à Viro cognita aliquando irritabitur ad seminis emissionem, unde utrumque periculum manifeste adaugebitur. Itaque non inconueniens dixerim determinare, ut viri à frequenti exactione abstinere debeant, & mulieres ad frequentem redditionem non teneantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Coniuges nunquam sub pena peccati tenentur ad debitum exigendum, nisi in nonnullis casibus.
- 2 Coniuges prohibentur interdum debitum exigere.
- 3 Sanius coniux an exigere possit à coniuge non sana mentis.
- 4 Sanius Coniux tenetur leproso reddere debitum etiam si proles nascitura sit infecta.
- 5 Ebrio Coniuge an sanus tenetur reddere debitum.
- 6 Menstruata an possit debitum exigere.
- 7 Menstruis fluentibus an tenetur ad Venerem excitantur.
- 8 Vir an exigere debitum possit à Menstruata.
- 9 Vir an exigere possit ab Vxore, quæ certo gravidationis tempore abortit.
- 10 Vir an exigere possit debitum ab Vxore, quæ semper mortuos parit.
- 11 Vir an exigere possit debitum ab Vxore, quæ semper Gemellos parit.
- 12 Mulier an exigere ita debitum possit, ut sola semen emittat, viro non seminante.
- 13 Arrigentes, sed semen non emittentes non possunt matrimonio contrahere.
- 14 Mulier lactans an possit debitum exigere.
- 15 Coniuges an possint ex sola causa sanitatis debitum exigere.

De his, quæ vel alterum, vel utrumque Coniugem prohibent exigere.

Q V A E S T I O I V.

Licet Coniuges nunquam obligentur sub pena lethalis peccati, immo vero neque venialis, debitum exigere, nisi in uno, aut altero casu, de quibus Canonistæ. Summa Angelica par. 1. verbo debitorum conjugale num. 16. & seq. Coninc. de Sacram. disp. 34. dub. 2. num. 13. Pont. de Matrim. lib. 10. cap. 2. num. 2. Alphons. Vivald. in Camdel. An. par. 1. tit. 17. rubr. de redd. deb. conjug. num. 7. tamen sub pena mortalis peccati interdum prohibentur exigere; & universatim id habet locum quodocunque coitus redundare potest in evidens, ac notabile detrimentum aut salutis ipsius exigentis, aut conjugis reddentis, aut etiam fœtus in utero existentis, aut pueri lactentis. tunc enim quemadmodum licite excusantur à redditione, sic videntur prohiberi ab exactione. Sannaz. de Matrim. cap. 3. art. 5. num. 73. Coninc. ubi supra dub. 3. num. 20. quod quidem maxima cum ratione videtur determinatum; nam si licet negare conjugi quod illi ex Iustitia debetur, si hoc in detrimentum propriæ salutis emanare possit, quanto magis debet quæ jure suo non uti, si hoc in detrimentum propriæ salutis futurum sit? sunt tamen peculiare aliqui casus, qui dubitandi aniam in hoc subministrare possunt, fit enim interdum, ut etiam si alter conjugum non possit exigere, non idcirco, si exigat, possit ab altero debitum negari.

Primo igitur dubitari potest, an sanus Coniux exigere possit debitum à coniuge non sana mentis. ratio dubitandi est, quia nonnulli Canonistæ voluerunt, non esse inter Coniuges licitam copulam conjugalem, ubi uterque sit non sana mentis ob periculum, quod proli imminere potest, neita nascatur, ut suo tempore nullo rationis usu dotetur. Coninc. de Sacram. disp. 34. dub. 9. num. 79. Pont. de Matrim. lib. 10. cap. 14. num. 10. cum tamen existimemus, hic non intervenire culpam ex malo opere, quemadmodum neque meritum ex bono, cum amentes utriusque sint incapaces. idem autem periculum, quod ajunt imminere ex utriusque amentia, imminet quoque ex amentia alterutrius, unde bene, ut credo, Pontius lib. 10. de Matrim. cap. 14. num. 10. absolute negat, tempore amentis esse reddendum debitum; & prudenter id quidem, nam securi nequaquam esse possumus, an nascitura proles magis sano, quam infirmo conjugi in valedudine similis futura sit; quinimo contra iustus timor, & rationalis irrepet potius contrarii eventus, nempe ut morbofo similior sit futura, quia plerumque parentes morbofo, nempe altero ex parentibus existente morbofo, potius morbolam prolem generare sibi similem, quam sani sanam, & sibi similem consueverunt, ubi morbofo sanus copulatur, ut ex Hippocratis auctoritate patet in lib. de Genitura, & alibi, quod quidem maxime habet locum in ægritudinibus Cerebri, que omnes cum insignes fuerint solent esse hereditaria. At vero si leproso Coniuge tenetur sanus reddere debitum, etiam si adit notabile periculum, prolem eo morbo nascituram infectam. Brunell. de Spons. & Matrim. conclus. 8. num. 8. Sanchez lib. 9. de Ma-

de Matrim. disp. 24. num. 25. quia melius est proli, ut dicunt, esse aliquo modo etiam sic infecta, quam non esse, videretur par ratio militare in hoc casu, cum tamen alia ex parte contrarium sentiant Canonistæ, ut dixi, qui huic dubio satisfaciunt. Quorum tamen nonnulli, ut Sum. Silvestr. par. 1. verbo debitorum conjug. num. 2. volunt omnino esse necessarium reddere debitum conjugati fatuo, vel dementi, si id absque propriæ personæ periculo fieri possit, mihi satis fit innuisse, periculum non tantum imminere ex utriusque Coniugis amentia, sed etiam ex alterutrius tantum. illud vero certum est, quod si Canonistarum sententia habet locum in amentia, habebit etiam locum in plerisque aliis morbis, qui à Parentibus in filios emanare solent, ut Epilepsia est, Phthisis, Hæctica, & alii, unde non carebit hæc sententia multis difficultatibus, nisi quid forte in amentia peculiariter operetur privatio usus rationis, vix enim homo nasci dici potest, qui sic nascitur, ut nunquam debito tempore ratione uti possit.

Idem dubium intervenire potest de Coniuge Ebrio, cum idem etiam imminet periculum, ne proles fatua, vel amens oriatur; præterquam quod urget etiam aliud periculum, ne scilicet ebrius Coniux in iplo Matrimoniali actu in mille absurda incidat, quæ ebrietas Luxuriæ associata dicere potest, nam cum ebrius sui juris non sit, ubi Veneris ardore incalescit, omnia sibi licere credit, in omnia impetum facit, unde bene Veneral. Sa. 6.

— quid enim Venus ebrietas curat?

Inguis, & Capitis quæ sint discrimina nescit.

videtur ergo à Canonistis decidendum, num ob Proles periculum, aut etiam ne occasionem graviter peccandi facile præter, possit sanus coniux ab ebrio debitum exigere, aut num teneatur reddere, cum ebrius exigens non possit dici oportune exigere, quia non est sui juris, neque aportuniam novit, neque periculum, quod libimet ipsi ex Veneris usu instat, cum Medici omnes uno ore hortentur, vitandas esse ebrietates, cum quis coitu uti destinavit, periculosæ enim admodum, ne Apoplexiam, aut alium quempiam gravem excitent affectum, Rasis 24. contin. cap. 1. advertendum autem distingui quidem ebrium ab ebrioso, ut alias dixi lib. 2. tit. 1. q. 11. n. 24. sed etiam ebrioso coitum esse noxium, & prolem ex iplo susceptam, ut plurimum imbecilem esse, ac morbis obnoxiam patet, sed an hæc impedimento sint quoad debiti redditionem ii, ad quos spectat, determinabunt.

De Menstruata Muliere dubitatum est, an possit exigere debitum, nam aliqui putarunt eam posse. Sannazar. de Matrim. cap. 3. art. 5. num. 68. Sanchez ubi alias disp. 21. num. 4. contra sententibus aliis, ut Sum. Silvestr. verbo debitorum conjug. num. 8. in fine, & Ledelm. apud eundem Sanchez ibid. qui voluerunt mulierem mortaliter peccare, si mensuris fluentibus debitum exegerit. ratio horum Canonistarum est, quia cum mulier tum temporis non adeo acutis carnis stimulis, ut alias agitur, & possit ob id facile prurienti luxuriæ resistere, non debet ipsa se ipsam ad Venerem irritare, maxime cum fluentibus mensuris conceptio plerumque non fiat. Sed hæc horum Doctorum ratio inanis, ac falsa est, ostenduntque se parum in his expertos; quippe cum plerumque mulieres soleant maxime mensuris fluentibus in Venerem accendi. Avic. lib. 9. de Animal. cap. 1. quod etiam habet æquivalentem causam, excelsunt enim loca à confluentem ad eam partem sanguini-

ne, unde Veneris stimulus augetur; immo si adnotassent hoc in Brutis, non tam facile hæc protulissent; Bruta enim tum demum incipiunt in Venerem excitari, cum mensura, aut quid simile patiuntur. hoc enim pacto Brutorum foeminas ad Marium desiderium, & conjunctionem irritari natura voluit, nam alias non facile patenterent se iniuri, ut patet extra prædictum tempus. si ergo secundum communioem opinionem mulier absque ullo peccato, potest debitum exigere tempore mensuræ, certe etiam si aliqua culpa in hoc interveniret, tunc maxime excusaretur, si exigeret, & Matrimonio ad compescendos carnis stimulos uteretur, quos tunc acutiores, & molestiores experitur, quam alio quocunque tempore. contra autem vir non videretur ullo modo excusari, si exigeret debitum a menstruata, immo potius culpari, cum non solum ex injuriam exactione plerumque illi mala imminant, de quibus quæstione superiori, sed etiam quia ipsa mulieris coquinatio ex mensuris deberet ipsum magis alienam à Veneris usu efficere, & potius in eo carnis stimulos obtundere, quam acutiores reddere. an non Brutis ipsi nascam moveret procedens à foeminarum uteris colluctans? consideranda ergo & hæc cum iis sunt, quæ jam prædicta quæstione commemoravimus.

Præterea dubitari potest, an vir exigere possit debitum ab uxore, quæ certo gravidationis tempore abortit, aut ab ea, quæ semper mortuos parit. non queritur autem hic, an exigere possit ab hac ipsa uxore tempore prægnantia, sed extra prægnantiam. nec dubitatur de hoc immerito, quippe cum mulier abortum faciens, aut mortuum fœtum pariens semper rationabili, & evidenti periculo vitæ subijcitur, quibus adde periculum ipsius fœtus, qui in his, quæ sæpe abortiunt, plerumque aut non vivus, aut non vitalis editur, & sic ipsi fœtui periculum imminet amissionis vitæ temporalis, & spiritualis; videant ergo Canonistæ, an sanus videatur determinare, quod vir cognoscens hæc omnia Matris, & fœtus pericula non possit absque gravi culpa debitum exigere, & si exigat, quod possit Mulier licite excusari, ut non reddat, quod non est dubium; licite enim negari petenti conjugi debiti redditionem, quodocunque propriæ vitæ rationabiliter timetur, ut in hoc casu, jam superius firmatum est. Sed quoad abortum primo dicendum videtur, dupliciter mulierem ex abortu affici posse, uno modo quando facile liberatur ab ejus noxa, & expedite tolerat ejus symptomatis molestiam, quemadmodum evenire interdum dixi lib. 1. tit. 4. q. 4. num. 106. quibusdam mulieribus, quæ non magis ex abortu afficiuntur, quam ex simplici menstruo fluxu, & vidi jam præteritis annis mulierem duodecies abortum fecisse quinto semper, aut sexto mense, aliamque quinquies supra vigefies secundo, aut tertio, quarum neutra quicquam notatu dignum patiebatur, nisi posteriori posterioribus abortibus; in quibus licet male admodum se habuerit, sana tandem evasit, alio modo quando mulieres ex abortu manifestum vitæ periculum subeunt, ac pessime se habent. an igitur possit in priori casu dici, non sic illicitum esse exigere, ut in posteriori? nam in priori sperandum est, ut alias, mulierem non magno negotio incolumem futuram, licet hoc de necessitate sequi necesse non sit; corporis enim status in dies variatur, & ab extrinseco, & ab intrinseco plura in dies emergunt, quæ periculo aniam præbere possunt.